

Slovenska narodna – Carmen popolare Slovenicum

SOČA VODA – SONTII LYMPHAE

Sontii lymphae strepitu sonabant  
lunaque in coelo radians nitebat,  
ipse ego adnixae tibi eram fenestra  
tum valedicens.

Alteri dextram bona praebuisti,  
osculata illum es adamans et ardens,  
at manum laevam mihi praebuisti  
tam sine sensu.

Tum nitebat lune quieta coelo  
in meam spectans faciem misellam,  
cum manum caram mihi praebuisti  
non repetendam.

Nunc agis vitam peregrina in ora,  
quod facit dirum mihi, eheu, dolorem  
atque ibi vivis cum alio beata  
non mea curans.

8.III 1991

Vertit: S. Kopriva